

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

ITEM EPISTOLA STPHANI PAPE DE ACCVSATIONIBVS SACERDOTVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

ad ima, Hec illis partib⁹, quibus moraris, & in omnibus quibus potueris cunctis nota facito, & ob-
seruare apostolica mandato auctoritate, quia & nostri nobisc⁹ cōmissi in sancta apostolica, & vniuer-
sali ecclesia omnes hec obseruare nunc & futuris tēporibus professi sunt. His breuiter tuus frater ma-
gnifice respondi litteris. Quibus tua dilectio ita societur, vt nichil in his que ad vniuersalis ecclesie
statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, vt nec
negligentie partes, nec iustitie negligantur, sed absq; personarum acceptione diuinum in omnibus
iudicium cogitetur. Quod vt recta obseruatiā valeat custodiri catholice primitus seruetur fidei in-
tegritas. Et quia per omnia angusta & arcta via est que ducit ad vitam, neq; in sinistra neq; in dex-
tram ab eius tramite deuietur. Data quinto nonas Maii Valeriano, & gallicano, iiii, consulibus.

ITEM EPISTOLA STE- PHANI PAPE DE ACCVSATIONIBVS SACERDOTVM.

STEPHANVS SANCTE APOSTOLICE, ET VNI-
uersalis Romane ecclesie episcopus omnibus per diuersas prouincias consti-
tutis episcopis in domino salutem. Plurimum gaudemus in domino, & in
dono gratie ipsi⁹ gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magni-
fice, & dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur & tribulamur de vestra op-
pressionē super qua crebrior cōmantiū vsq; ad nos fratrum sermo perlatus est.
Non oportuerat quidem ab illis a quibus sustentari, & portari, atq; honorari
debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter necessariū est, vt remotis taliū tergiuer-
sionibus, quibus venenosa malitia reuelari, atq; obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non
modicum vobis a fidelibus impendatur, atq; ab hac apostolica sede suffragetur, quos per diuinam
gratiam Christi auxilio dignum est adiuuari, ne in totius ecclesie perturbationem imprudens pce-
dat intētio, & ea que a sanctis predecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus dudū fuerant phi-
bita denuo reuiuiscant. Loci nāq; nostri consideratione compellimur ea que ad notitiā nostram
emendanda peruenerunt, propter dominū non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si
secularibus officiis ordo suus & tradita a maioribus disciplina seruanda est, quis ferat ecclesiasticos
ordines temeraria presumptione confundi, audita negligere, & emendēda non opem ferēdo post-
ponere? Audiuius enim vos a quibusdā accusari non tam pro vestra culpa quā pro eorum libitu,
vt vestra rapere possint, & ideovos nimis affligi & concuti, intātum vt etiam a sedibus propriis pel-
lami, & tali occasione ecclesie facultates vestre q; vastentur ac depredentur. Ista charissimi nō ope-
ret fieri, nec denuo replicari. Tamē necesse est que totiens vsurpātur, sepius replicentur, & prohibeā-
tur. Nam quicquid in sacratīs deo rebus & episcopis iniuste agitur pro sacrilegio reputabitur, quia
sacra sunt & violari aquoquā non debent. ¶ Nullus enim episcoporu dū suis fuerit rebus expoliatus,
aut a sede ppria qualibet occasiōe pulsus debet accusari, aut a quoquā ei potest crimē obici, priusquā
integerrime restauretur, & omnia que illi ablata quocunq; ingenio fuerant legibus reintegrentur, &
ipse proprie sedi & pristino statui regulariter reddatur, ita vt omnes possessiones, & cuncta sibi iniu-
ste ablata atq; fructus oēs ante ceptā accusationē primates & synodus episcopo de quo agitur fundi-
tus restituant, quia hoc nō solū ecclesiastice, sed etiā seculi leges fieri prohibēt. Neq; aliquis eorū aut
ecclesiarū auctoru vel defensorū ad aliquos prius accusari debet, quā ipsi charitatiue bis, & ter ab eis
qui se lesos estimāt, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conueniantur, vt ab eis aut fa-
miliarē emendationem, aut iustam percipiant excusationem. Quod qui presumpserit liminib⁹ ar-
ceatur ecclesie vsq; ad cōdignā satisfactionem. Accusatores vero & accusationes quas seculi leges nō
recipiūt, & antecessores nostri prohibuerūt & nos submouem⁹. Nullus enim alienigena aut accusa-
tor eorum fiat aut iudex. Vnde & de loth scriptum est ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices?
Accusator autē vestrorum nullus sit seruus aut libertus, nullaq; suspecta persona aut infamis. Re-
pellantur etiam cohabitantes inimicis, & omnes laici quia infestationem blasphemie affectio amici-
tie incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infama-
tione. Nullus enim anathema suscipiatur, nec a quoquā credatur que ab eis vel dicuntur vel conscri-
buntur. Eos quoq; dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis anathematizauerunt, aut
eorum statuta anathematizant. Per scripta enim nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce si le-

gitima & condigna accusatoris persona fuerit, presente videlicet eo quē accusare desyderat, quia nullus absens aut accusari potest aut accusare. Nullus tamē prefati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusq̃ regulariter a suo primatē vocatus sit, locumq̃ defendendi & inquirendi accipiat ad abluenda crimina. ¶ Nulli enim metropolitani aut alii episcopi appellantur primates nisi qui primas sedes tenēt, & quorum ciuitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero qui ceteras metropolitanas ciuitates adepti sunt, non primates sed aut archiepiscopi aut metropolitani vocentur. Vrbes enim & loca quib⁹ primates presidere debēt, non modernis sed etiam multis ante aduētum Christi sunt statute temporibus, quarū primates etiam gentiles pro maiorib⁹ etiā negociis appellabant. In ipsis vero vrbibus post Christi aduētum apostoli & successores eorū patriarchas vel primates posuerunt. Ad quos episcoporum negotia salua in omnibus apostolica auctoritate & maiores cause post apostolicā sedem sunt referende. Et licet (apostolo prohibente) inter christianos non debeāt accusationes exerceri, sed si prohiberi non potuerunt accusationes episcoporum ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri. Studēdum est tamen episcopis, vt dissidentes fratres magis ad pacē quā ad iudiciū coerceātur. Episcopus autē aliter nō debet audiri aut iudicari nisi in presentia omniū comprouincialium, & ab omnibus comprouincialibus episcopis, quia ipsis absentibus nec debet nec potest. Que vero persone ad accusationem eorum non sunt admittēde & superius ex parte dictum est, & latius tam hi quam & infames persone, in epistola quā dudū hylario misimus sunt annumerate. Ultra prouincie vero terminos accusandi licentiā non progrediatur, sed omnis accusatio intra prouinciā audiatur & a comprouincialibus terminetur nisi ad apostolicā sedem fuerit tātum appellatum. Et negāda est accusantibus licentiā criminandi priusquā se crimine quo pmuntur exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes quoniā periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quēcūq̃ confessio. Familiares vero & sponte confessi atq̃ sceleribus irretiti non debent admitti, nec hi qui hesternā diē, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. Clericus ergo qui episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curie tradi seruiturus. Laicis quoq̃ quāuis religiosi sint, nulli tamē de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquā attributa facultas. Scimus dilectissimi quia semper carnales spirituales solent persequi, & maliuoli beniuolos infamare & lacerare. Ideoq̃ apostoli & successores eorum ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusationem quoniā si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inueniretur. Throni enim deivocantur, ideo non debent moueri, aut affligi vel perturbari. De ipsis ergo ait propheta. Celi enarrāt gloriā dei, & opera manuum eius annuntiat firmitatem. Hi vero qui non sunt bone conuersationis, & quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita & libertas nescitur non possunt eos accusare. Primo semper accusatorū persone fides vita, & conuersatio est enudeatim inquirenda, & post ea que obiciunt fideliter sunt pertractāda, quia nichil prius fieri debet quā impetitorum persone fidesq̃ vita & conuersatio diligenter discutiatur, ne alicuius inuidiā aut inimicitia vel intentione mala quisq̃ vexetur. ¶ Criminationes aduersus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi quā ledendi aut infamādi. Vnde ait apostolus. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. Caritas autem non est ambitiosa, non emulatur, non inflatur, non querit que sua sunt, sed que Iesu Christi. Qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Et qui in deo manet nulli vult nocere, sed omnes desyderat adiuuare & sustentare, sicut ipse dominus omnes venit saluare & animam suam dare in redemptionem pro nobis. Eorum autem accusandi sacerdotes vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & diuinis vocibus damnatos vel mortuos esse agnoscimus. Preuidere ergo summopere debent omnes qui sacerdotes domini persequuntur tam occulte quā manifeste, ne subiectis domini damnetur preceptis. Per hieremiā autem prophetam talib⁹ comminando dñs loquitur dicens. Iniquitates nostre declinauerunt omnia, & peccata nostra amouerunt bona a nobis, quia inuenti sunt in populo meo impii, & loquentes vana. Statuerunt ad disperdendos viros & comprehenderunt, vt laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolo. Et per Dauid ait. Qui cogitauerunt malitias in corde tota diē, versati sunt in preliis. Exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. Et paulo post. Cadent super eos carbones, in igne deiciēseos in foueas, vt nō consurgāt. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum iniustum mala capient in interitu. Scio quia faciet dominus causam inopis, iudicia pauperum

pauperum. Item idem, Muta fiant labia dolosa. Et iterum per Hieremiam inquit, Omnes in sanguine iudicantur, unusquisque proximum suum tribulat: omnes in malum manus suas preparant. Hos dominus preuidens apostolis precepit ne facile serui sui lacerarentur, ne forte perderentur, aut in talem tentationem incideret quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli & successores eorum decretorum normas statuerunt, ne talium vox (que magis perdere nititur innocentes & simplices quam saluare) facile reciperetur, sed ipsi his iaculis pellerentur procul, & domini discipulos iuxta voluntates & versutias eorum minime perdere possent. Vnde & ipse dominus ait. Excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis, Et alibi ipsa per se veritas de talibus dicit, Melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de pusillis istis, Et Iacobus apostolus inquit, Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. Qua enim fronte quis peccatorum suorum veniam sperat a deo se impetraturum, qui delinquenti fratri nichil per pietatis & clementie officium vult condonare? Profecto necesse est ut estimet se talem in iudicio deum experturum (cum ante iusti iudicis tribunal fuerit constitutus) qualem se fratri suo exhibuerit. Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis. Et Ioannes apostolus & euangelista ait, qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem.

Vos tamen filii charissimi hortamur ut patienter mala vobis illata domini adminiculo portetis, & his apostolicis preceptis tales procul pellite, ne more canino vos lacerare aut mordere valeat. Memeto te etiam quia iuxta psalmographi vocem, homo sicut fenum dies eius, & ut flos agri ita foret, Et apostolus ait. Totus mundus in maligno positus est. Vnde precamur ne tales multum timeatis quia infames sunt & non multum vobis nocere possunt, quia eorum vox extincta est, quoniam sic odit deus eos qui aduersus Patres armantur ut patrum inuasores, qui in omni mundo infamia sunt notati. Armamini ergo his apostolicis adminiculis contra eos, & spiritu principali roborate corda vestra, ut deus qui vos pastores in populo suo vocari voluit, non negligentes aut tepidos lupis superuenientibus fugientes inueniat, sed exemplo boni pastoris agnoscat pariter cum matribus & filiis ac filiabus viriliter deffensantes, atque ad sanctam matrem ecclesiam fideliter reportantes semper inueniat. Et quamquam dies mali sint vos tamen nolite esse imprudentes sed intelligentes que sit voluntas dei, Quam obrem confortamini & stete in fide viriliter agentes ac omnia vestra in caritate fiant, & secundum sanctum Euangelium in patientia vestra possidebitis animas vestras. Recordamini quoque sanctorum apostolorum & prophetarum, & quia multum laborauerunt in domino, ideo adepti sunt premia sempiterna. Scitote etiam quoniam iuxta psalmiste vocem, Multe tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos dominus, Quapropter filii charissimi hortamur vos & deprecamur, ut crebris orationum vestrarum precibus deum exoretis ut liberemur nos & vos iuxta dictum apostoli ab importunis & malis hominibus quia non omnium est fides. Flagitate etiam ut deus & dominus noster qui est refugium pauperum, & spes humilium: sanctum suam ecclesiam precioso videlicet sanguine suo redemptam, & nos qui eadem sanctam ecclesiam docere, regere, portare, & tueri debemus de predictis oppressiōibus & tentationibus huius seculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, ut sermo dei currat & glorificetur gloriosum Euangelium domini nostri Iesu christi, & gratia eius in nobis vacua non fiat, ne sine fructu euangelii (quod absit) steriles in conspectu dei appareamus, & vacui filiorum filiarumque numero reuertamur, nec de abscondito talento domino veniente rei esse iudicemur, ista enim semper inuidet sathan. Et idcirco tales aduersum nos suscitatur qui nos premant, & suffocent, ut domini oues absque nobis rapiat & in ima non existentibus pastoribus qui eos custodiant & deffendant ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate & orate atque vigilate ne hec fiant scientes nos semper paratos esse in omnibus quibuscunque dominus posse dederit modis vobis opem ferre, licet nos ab ipsis emulis sancte dei ecclesie & nostris non simus excepti, & tribulationes cordis nostri pro nostra & vestra tribulatione siue ouium nobis commissarum ad modum sint dilatate. Vos quoque obsecramus, ut iniunctum vobis a domino famulatum non negligatis, & omnes oppressos, & cunctos dei seruos atque generaliter omnes Christianos pro ut dominus posse dederit adiuuare studeatis, ut ante tribunal christi mercedem habeatis perpetuam. Et scitote quod memoria vestra coram deo est assidue. Nam quemadmodum dolentes cognoscimus vos ab iniquis, & scelestis hominibus obturbari, ita continuo vobis compatimur deum orantes pro liberatione ac subleuatione vestre afflictionis, que vobis (vni grauiter agimur) ab iniquis in dies irrogatur, & animam corpora

apostolorum pro vobis preces fiunt cotidie, vt & vos liberemini ab importunis & malis hominibus domini auxilio, & oues vobis commisse ad pascua eterne vite vna vobiscum perueniant sempiterna, Vnitatem & communionem dilectionis vestre valentem atq; proficientem in salutem omnium populorum creator omnium dominus omnipotens memorem nostri eternaliter custodiat, amē. Data Nonas Aprilis Valeriano & gallicano. iiii. cc. concess.

INCIPIVNT DECRETA SIXTI PAPE.

A



SIXTVS GRATO COEPISCOPO SALUTEM, Letari & gaudere me plurimū in christo Iesu domino nostro dilectionis tue scripta fecerunt, quibus euidenter ostenditur quantum catholicam diligis fidem, & quantum prauorum hominum detestaris errorem. Omnis enim heresis nimis est impia & euangelice veritatis inimica, que non portionem aliquam ledere, sed ipsa christiane religionis conatur fundamenta conuellere. Memor enim sum me sub illius nomine ecclesie possidere, cuius a domino Iesu christo est glorificata confessio, & cuius fides nullum vnquam fallit, sed omnes quidem hereses destruit. Intellico autem michi aliter non licere quam vt omnes conatus meos ei cause in qua vniuersalis ecclesie salus infestatur impendam. Agnosce fili Charissime non ex tempore neq; post tempora filium dei natum, sed ante omnia tempora de paterno vtero inenarrabiliter generatum, ipso deo patre per prophetam dicente, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Quam sententiam & Esaias propheta dubiis atq; incredulis euidenter expressit, dum non aliunde filium quam de patre natum ineffabiliter ostendit, In humilitate inquit iudicium eius sublatum est, natiuitate eius quis enarrabit? Et in libro Iob, Sapientiam dei ait, vnde inuenies? Latet enim ab oculis hominum, & a volucris celi absconsa est. Expergiscere paululum & si lumen scientie in te ipsum aliquantum habes inuenies, neq; cuius natiuitas a propheta non potuit enarrari ex tempore, vel vt asserere ipse conaris non potuit generari. In principio (inquit Iohannes euangelista) erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nichil. Et iterum, Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In isto igitur quod dicitur erat, si tempus querere volueris, non inuenies, quoniam ex quo pater ex illo & filius, & quod pater est id est etiam filius, Salomone dicente. Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Ego feci vt in celo oriretur lumen indecens, & nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis, Gyrum celi circuiui sola, & profundum abyssi penetraui. In omnem terram steti, & populo primatum habui. Item ibi, Cum pararet Celum aderam illi: & cum sedem suam fecerneret, Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, & cum certos ponebat fontes sub celo, cum fortia faciebat fundamenta terre ego eram cum illo componens, & ego eram cui adgaudebat cum letaretur orbe perfecto. Et in psalmo centesimo primo. Tu domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi, ipsi peribunt, tu autem permanes, & sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Non enim erat etas aut aliquod tempus antequam de patre filius nasceretur, quoniam qui tempora vniuersa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci non potuit. His paucis sententiis breuiter consultis tuis respondi frater charissime.

B

De cetero tuam moneo dilectionem, vt cunctos quos errare cognoueris ad catholicam fidem & ad vnitatem recte credentium conuertere studeas, & tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint & errantes (quod absit) permanserint, nobis eos manifestare quam citius poteris non tardes, vt apostolica auctoritate aut cito ad ecclesiam conuertantur aut ab ecclesia separentur. Audiuimus etiam quod quidam erronei & consentientes eis te & reliquos infestent episcopos, & episcopos aliquos comprouinciales ad vestram infamationem atque damnationem secum trahant, quapropter in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum & ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, vt omnes episcopi qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis quotiens necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem, atq; ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) pie fulciantur, deffendantur, & liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas & episcoporum iudicia antiqua apostolorum eorumque successorum

successorum atq; canonum auctoritas reseruauit, quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint quā eiūdem sedis Pape fieri placuerit. Vnde placuit vt accusatus vel iudicatus a compro- uincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, & adeat apostolice sedis pontificem. Qui aut per se aut per vicarios suos eius tractari negotium procuret, & dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam quāq; a com- prouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit a domino. Quęcunq; ligaueris super terram erunt ligata & in celo. Et quęcunq; solueris super ter- ram erunt soluta & in celo. Et si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari apud prima- tem dioceseos aut penes vniuersalis apostolice ecclesie papam iudicetur. Ait enim Iacobus apo- stolus, iudicium sine misericordia illi fiet qui nō fecit misericordiā. Superextollit autē misericordiā iudicio. In omnibus ergo fili dilectissime cor custodi sicut scriptum est. Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Hec breuiter pro cōmemoratiōe rescripsi, sed peto vt pro me orare debeas, quatinus omnipotens deus & a malignis me spiritibus & a peruersis hominibus custodire dignetur, quia in hac vite mee peregrinatione mala me simul & multa circundant, ita vt cum psal- mista iure dicam, In me transierunt ire tue, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die circundederunt me simul. Celestis gratia & nos in vrbibus, & vos vbiq; prote- gat, quia antiquus hostis terrarum locis a temptatione non excluditur, quia si in paradiso hominē strauit quis locus extra paradisum esse potest in quo mentes hominum penetrare non valeat. An- tiqui enim hostis (cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum) sunt semper oculi vigiles ad ani- mas hominum illaqueandum, multosq; sua prauitate secum in perditionem trahere cupit, qui suas- pte malicia a gloria lapsus est in miseriam. In sola ergo creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus. Esto michi in deum protectorem, & i locum munitum, vt saluum me facias. Data kalē. Septembris Valeriano, & decimo. iiii. cc. concess.

ITEM EPISTOLA SIXTI PAPE.



DILECTISSIMIS FRATRIBVS PER HISPANIA-
rum prouintias cōstitutis Sixtus episcopus in domino salutem. Magno mu-
nere misericordie dei totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia, cū eccle-
siarum status eo viget ordine quo apostoli eorūq; successores illū statuerunt.
Et cum antiqui hostis astutia eum turbari cognoscimus, non modico con-
tristamur merore. Quam ob causam fratres hortamur vos monemus & fla-
gitamus, vt a tramite apostolice institutionis nequaquā recedatis, nec a capite
diffideatis, sed fidem & ordinem quā apostoli & apostolici viri statuerūt absq; hesitatione teneatis.
Nam si columnę alicuius magne domus corruerint ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos
qui columnę ecclesie estis si labefactari ceperitis sancta ecclesia (que per vos regitur) tabesceat & la-
betur, hec fratres que dico valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atq; ne fiant cas-
uenda, ipsa enim veritas per se dixit, vos estis sal terre. Quod si sal euauerit in quo salietur
& cetera. Ideo vos charissimi moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo. Et quando bo-
na audio de vobis cōgratulor satis, & econtra quando aduersa nimis conturbor. Ego vero quamuis
a vobis per longa terrarum interualla disiunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde con-
iunctus. Ideoq; de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim di-
ligitis a me longe non estis, vnde magis gratias referimus illi grano sinapis quod ex modici despi-
cibilisq; seminis specie ita ramis ex eadē radice surgentibus atq; se distēdētibus vsq; quaque diffu-
sum est, vt in eis volatilia celi cuncta nidificēt. Gratiaq; sit fermento illi qđ tribus farine satis totius
humani generis massam in vnitatem conspergit, atq; paruo lapidi qui abscissus de mōte sine manibus
occupauit vniuersam faciē orbis terre qui ad hoc naturam nostre carnis & status seruilis formā assu-
mēs humiliter vsquequaq; distendit, vt omni humano genere in vnitatem redactō totius corpus
vnitum perficeret ecclesie, atq; ita ad totius compaginis pertineret commodum membrorum